

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber octavus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

Lib. VIII. Fo. XXXV.

mehercule extra iocum, valde mihi tuę literę facete, elegantęq; viſę sunt. Illa quę rīdīcula eſſent, ſicut erant, mihi tamen riſum non mouerunt. Cupio enim noſtrum illum amicum in tribunatu quę plurimum habere grauitatis: id cum ipſius cauſa (eſt enim mihi, vt ſcis, in maioribus) tum mehercule etiā reip. quā quidē, quę in me ingrata ſit, tamē amare nō deſinā. Tu mi Volumni quando & inſtituiſti, & mihi vides eſſe gratum, ſcribe ad me quę ſapīſſime de rebus vrbaniſ, de repu. Iucundus eſt mihi ſermo literarum tuarū. Pręterea Dolabellam, quem ego perſpicio, & iudico cupidīſſimū eſſe atq; amātīſſimū mei, cohortare, & cōfirma, & redde plane meū. Nō mehercule quo quęq; deſit, ſed quę valde cupio, nō videor nimīū laborare. Vale

M. CICERO VOLVMNIO. S. D.



Qvod declamationib⁹ noſtris cares, damni nihil facis. Quę Hircio inuideres, niſi eum amares, non erat cauſa inuidentī, niſi forte ipſius eloquentię magis, quę quę me audiret, inuideres. Nos em̄ plane mi ſuauiſſime Volumni, aut nihil ſumus, aut nobis quidē ipſis diſplicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente vigeamus, amiſſis: vt etiam ſiquando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus, quę hęc pēnigero, non armigero in corpore tela exercentur, vt ait Philoctetes apud Accium, abiecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, ſi tu veneris, hilariora, quęq; venies, vt ipſe intelligis, in maximarum quaſi cōcurſum occupationum: quas ſi, vt volumus, exceperimus, ego vero multam ſalutem & foro dicam, & curię, vtiāq; tecum multum, & cum communibus noſtris amatoribus. Nam & Caſſius tuus, & Dolabella noſter, vel potius vterq; noſter, ſtudiis iisdē tenentur, & meis, equiſſimis vtuntur auribus. Opus eſt hic limatulo & politulo tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus ſæpe verecundiorē me in loquendo facis. Mihi enim iudicatum eſt, ſi modo hoc Cęſar aut patietur, aut volet, deponere illam iam perſonā, in qua me ſæpe illi ipſi probati, ac me totum in literas abdere, tecumq; & cum cęteris earum ſtudioſis honeſtiſſimo otio perfrui. Tu vellem ne veritus eſſes, ne pluribus legerem tuas literas, ſi mihi (quemadmodū ſcribis) longiores forte miſiſſes, ac velim poſthac ſic ſtatuas, tuas mihi literas longiſſimas quaſq; gratiſſimas fore. Vale.

Declamations Ciceronis.

Emiſit quędā Cicero.

Salutem dicere.

Limatulū, Interiorē literę.

Quiſq;

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER OCTAVVS.

CAELIVS. M. CICERONI. S. D.



QVOD TIBI DECEDENS POLLICITVS SVM, ME OMNEIS res vrbanas diligētīſſime tibi perſcripturum, data opera parauī quę ſic omnia perſequeretur, vt verear, ne tibi arguta nimīum hęc ſedulitas videatur. tamenſi tu ſcio quę ſis curioſus, & quę omnibus peregrinantibus gratum ſit, minimarum quoq; rerum, quę domi gerantur, fieri certiores. Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officiū arrogantię condemnes, quę hunc laborem alteri delegauī. Non quā mihi ſuauiſſimum ſit, & occupato, & ad literas ſcribendas, vt tu noſti, pigerrimo, tuę memorię dare operam. Sed ipſum volūmen quod tibi miſi, facile, vt ego arbitror, me excuſat. Neſcio cuius otii eſſet non modo perſcribere hęc, ſed omnino animaduertere. Omnia enim ſunt ibi S. C. edicta, fabulę, rumores. quod exemplū ſi forte minus te delectarit, ne moleſtiā tibi cum impenſa mea exhibeam, fac me certiorē. Si quid in repu. maius actum erit, quod iſti operarii minus commode perſequi poſſint, & quemadmodum actum ſit, & quę exiſtimatio conſecuta, quęq; de eo ſpes eſt, diligētē tibi perſcribemus. Vt nunc eſt, nulla magnopere expectatio eſt. Nam & illi rumores de comitiis tranſpadanorum, Cumarum tenuis caluerunt. Romę cum veniſſem, ne tenuē quidē auditiōē de ea re accepi. Pręterea Marcellus quidē adhuc nihil retulit de ſucceſſione prouinciārum Galliarum: in Calen. Iun. vt mihi ipſe dixit, eam diſtulit relationem, qua ſane meos ſermones expreſſit, qui de eo tum fuerant, cum Romę noſ eſſemus. Tu ſi Pompeium, vt volebas, offendiſti, qui tibi viſus ſit, & quam orationē habuerit tecum, quamq; oſtenderit voluntatem (ſolet enim aliud ſentire, & loqui, neq; tantum valere ingenio, vt non appareat, quid cupiat) fac mihi perſcribas. Quę ad Cęſarem crebri, &

Cumarum tenuis. Auditiō.

Epistolarum familiarium

non belli de eo rumores, sed susurraciones dūtaxat veniūt, alius equitē perdidisse, quod opinor certe factum, alius septimam legionem vapulasse, ipsum apud Beluacos circumfederali in terclusum ab reliquo exercitu, neq; adhuc certi quicq; est. neq; hæc incerta, tamen vulgo iactantur, sed inter paucos, quos tu nosti plane, secreto narrantur. At Domitius cum manus ad os apposuit, te ad. IX. Calend. Iun. subrostrarii (quod illorū capiti sit) dissiparāt perisse, ita vt in vrbe, ac foro toto maximus rumor fuerit, atq; Pōpeiū in itinere occisum. Ego qui scirem Q. Pompeium Bauli schcenobaticā facere, & vsq; eo, vt ego misereretur eius esurici, nō sum commotus, & hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, vt defungeremur optauit. Plancus quidem tuus Rauennæ est, & magno congiario donatus a Cæsare nec beatus, nec bene instructus est. Tui Politici libri omnibus vigent. Vale.

CAELIVS CICERONI. S. D.



Erte inquam absolutus est, me representate pronunciatum est, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in vnoquoq; genere sententiis. Vide modo inquis, non mehercules: nihil enim vnq; tam præter opinionem, tam qd videretur omnib; indignum, accidit: quin ego quum pro amicitia validissimè me fauerem ei, & me iam ad dolendū præparassem, postq; factum est, obstupui, & mihi visus sum captus esse. Quid alios putas: clamoribus, s. maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt plane esse, quod ferri non posset. Itaq; relictus lege Licinia maiore esse periculo videtur. Accessit huc, qd postridie eius absolutionis, in theatrum Curionis Hortensius introiit, puto vt suum gaudium gauderemus. Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum, & rudentum sibilus. Hoc magis animaduersum est, qd intactus a sibi lo peruenerat Hortensius ad senectutem. Sed tot bene, vt in totam vitam, quis satis esset, & poeniteret eum iam vicisse. De repub. quid tibi scribam, nihil habeo. Marcelli impetus resederunt non inertia, sed (vt mihi videbatur) consilio. De comitiis consularibus incertissima est existimatio. Ego incidi in competitorem nobilem, & ignobilem egentem. Nam M. Octavius Cn. filius, & C. Hirrus mecum petit. Hoc ideo scripsi, qd scio te acriter propter Hirrum, nuncium nostrorum comitiarum expectaturum. Tu tamen simulac me designatum audieris, vt tibi curæ sit, quod ad Pantheras attinet, Syntagma Sitanam tibi commendo. Commentarium rerum vrbanaarum primum dedi L. Castrinio Pato: secundum ei, qui has literas tibi reddet. Vale.

Pantheras
petit, de q;
bus supra.

CAELIVS CICERONI. S. D.



St ne: vici, & tibi saxe, quod negaras discedens curaturū, literas mitto: est, si quidem perferūtur, quas do. Atq; hoc eo diligentius factito, qd cum otiosus sum, plane vbi delectem otiolum meum, nō habeo. Tu cum Romæ eras, hoc mihi certum, ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere, idq; non mediocriter desidero, vt non modo mihi solus esse, sed Romæ te profecto solitudo videatur facta, & qui (quæ mea negligētia est) multos saxe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc quotidie non esse te ad quem cursitem, discrucior. Maxime vero, vt te dies, noctesq; quæram, competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorē dolere, & dissimulare me certiorē, qd se candidatum: de quo, vt quem optas, qd primum nūcium accipias, tua mediūfidius magis qd mea causa cupio. Nam mea, si ffo, forsitan cum locupletiore referam, sed hoc vsq; eo suaue est, qd si acciderit, tota vita risus nobis deesse non poterit. Sed tanti! Sed mehercule non multum M. Octavius eorum odia, qui Hirrum premunt, quæ permulta sunt, subleuat. Quod ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis attinet, dedim; operā, vt & Philotimus qd honestissime Miloni absentī, eiusq; necessariis satisfaceret, & secundum eius fidem, & sedulitatem existimatio tua conseruaretur. Illud nunc a te peto, si eris (vt spero) otiosus, aliquod ad nos, vt intelligamus nos tibi curæ esse, Syntagma conscribas. Quid tibi istuc inquis in mentem venit hominī non inepto: aliquid ex tam multis tuis monumentis extare, qd nostræ amicitia memoriā posteris quoq; prodat. Cuiusmodi velim, puto quæris. Tu aptius, qui omnem nosti disciplinam, quod maxime conuenit, excogitabis. Genere tamen, qd & ad nos pertineat, & διασκαλίω quandam, vt versetur inter manus, habeat. Vale.

Syntagma
petit,

CAELIVS CICERONIS. D.



Nuideo tibi q̄ multa quotidie, quæ mirer, istoc perferunt. Primū illud, ab-
 solutum Messalam, deinde eundem cōdemnatum. C. Marcellū cōsulē factū,
 M. Claudiū a repulsa postulatū a Gallis duobus. P. Dolabellā quindeciurū
 factū. Hoc tibi non inuideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo, & Lentu-
 li Suræ repulsi vultum non vidisse. At quæ spe: q̄ certa opinione descende-
 rat: q̄ ipso diffidente Dolabella: & Hercules nisi nostri q̄ acutius vidissent,
 pene cōcedere aduersario superasset. Illud te nō arbitror miratū, Seruū tribū. ple. designatū
 cōdenatū, cui locū C. Curio petiit. sane q̄ mltis icurrit, q̄ eū, facilitatēq̄ ei nō norūt, magnū
 metū. Sed, vt spero & volo, & vt se fert, ipse bonōs Senatus mallet totus: vt nunc est, hoc sca-
 turit. Huius aut volūtatē inuitū, & causā inest, q̄ eū nō mediocriter Cæsar, qui solet infirmo
 rū hoīm amicitias sibi qualibet impēsa adiūgere, valde cōtēpsit. Quæ in re mihi videt illud
 perq̄ venuste cecidisse, qd̄ a reliqs̄ quoq̄ vsq̄ eo est aī aduersum, vt Curio, q̄ nihil cōsilio fa-
 cit, rōne, & infidiis vsus videret, in euitadis eorū cōsiliis q̄ se intederāt aduersarios in ei⁹ tri-
 bunatū: Lelios, & Antonios, & id gen⁹ valētis dico. Has ego tibi literas cō maiore misi iter-
 uallo, q̄ comitiōrū dilaciones occupatiōrē me habebāt, & expectare ī dies exitū cogebāt, vt
 cōfectis oībus te facerē certiorē. Ad Calen. Sextil. vsq̄ expectaui. Pretoris more qd̄ iciderūt:
 Mea porro comitiā, quæ euertū sint habitura nescio: opinione qd̄ qd̄ ad Hirrū attinet, incre-
 dibilē ad. pl. comitiis nacta sunt. Nā M. Celiū Vicinianū mētio illa fatua, quā deriseramus
 olim, & pmulgatio de dictatore, subito deiecit, & deiectū magno clamore īsecuta ē. Inde Hir-
 rū cūcti ad nō faciēdū flagitare. Spero te celeriter & de nobis qd̄ sperasti, & de illo qd̄ vix spe-
 rare ausus es, auditurū. De rep. iā noui qd̄ expectare desieram⁹. Sed cū senat⁹ habit⁹ esset
 ad Apollinis ad. xi. Cal. Sextil. & referret de stipēdio Cn. Pōpei⁹, mētio facta est de legione ea,
 quā expēsam tulit C. Cæsari Pōpei⁹, quo numero esset, quo appeteret, cū ex Gallia coactus
 esset dicere Pōpei⁹, se legione abducturū, sed nō statim sub mētionē & cōiurū obrrectatorq̄.
 Inde interrogat⁹ de successione C. Cæsaris: de qua, hoc est de puinciis, placitū est, vt cū pri-
 mū ad urbē reuertere Cn. Pōpei⁹, corā eo de successiōe puinciarū ageret. Nā Arimīnū ad
 exercitū Pōpei⁹ erat itur⁹, & statim puto Idib. Sextil. de ea re factūiri. pfecto aut trāsiget ali-
 qd̄, aut turpiter intercedet. Nā disputando cōiecit illā vocē Cn. Pōpei⁹, oīeis oportere se-
 natus dicto audienteis esse. Ego tamen sic nihil expecto, quo modo Paulū cōsulē designatū
 primū sententiam dicentem. Sepius te admoneo de syngrapha Sitiana, cupio enim te intelli-
 gere eam rem ad me valde pertinere. Itē de Pātheris, vt Cybīratas accersas, curesq̄ mihi vt
 vehantur. Præterea nunciatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mor-
 tuum: quid mihi suadeas, quo modo regnū illud sese habeat, quis procuret, diligenter mihi
 perscribas. Calen. Sex. Vale.

Seruū con- demnatio.

Taccidisse.

Flagitare.

CAELIVS CICERONIS. D.



Va tu cura sis, qd̄ ad pacem prouinciæ tuæ, finitimarūq̄ regionū attinet,
 nescio, ego quidem vehementer animi pendeo. Nam si hoē more moderari
 possemus, & pro viribus copiarum tuarum, belli quoq̄ existeret magnitu-
 do, & quātū gloriæ triūphoq̄ opus esset assequeremur, periculosa & gra-
 uē illā dimicationē euitarem⁹, nihil tā esset oprādū. Nūc si Parthus mouet
 aliqd̄, scio nō mediocrē fore contentiōnē, tuus porro exercit⁹ vix vnū sala-
 tū tueri pōt. Hæc aut nemo ducit rationē, sed oīa desiderant ab eo, tāq̄ nihil denegatū sit ei,
 quo min⁹ q̄paratissim⁹ esset q̄ publico negotiō pposit⁹ ē. Accedit huc q̄ successiōnē futurā
 ppter Galliarū cōtrouersiā nō video. Tāetsi hac de re, puto te cōstitutū qd̄ factur⁹ esses, ha-
 bere, tamen quo maturius constitueres, cū hunc euertum prouidebā, visum est vt te facerem
 certiorē. Nosti enim hæc tralatitia, de Gallis cōstitutur, erit qui intercedat, deinde alius
 existet, q̄ nisi libere liceat de oībus prouinciis decernere senatū, reliquas impediāt. sic multū
 ac diu ludetur, atq̄ ita diu, vt plus biennium in his triciis moretur. Si quid noui de repub.
 qd̄ tibi scriberem, haberē, vsus essem mea consuetudine, vt diligenter & quid actum esset, &
 quid ex eo futurum sperarem, perscriberem. Sane tanq̄ ī vi quadā in Cilicia omnia adhe-
 runt. Marcellus idē illud de prouinciis vrget, sed neq̄ adhuc frequētē senatū efficere potuit.
 Hoc sic præterito anno, Curio tribunus, & eadē actiō de prouinciis introiuit, vt q̄ facile nūc
 sit omnia impedire, & q̄ hoc Cæsari, qui sua causā rep. nō curet, superet, non te fallit. Vale.

Animi pe- deo.

Accidisse.

tin quadā silice iā oīa

CAELIVS CICERONIS. D.

IVXIIII Epistolarum familiarium



On dubito quin platū ad te sit Appiū a Dolabella reū factū, sane nō ea, quā existimauerā, inuidiā. Neq; em̄ stulte Appius, q; simulatq; Dolabella accessit ad tribunal, introierat in urbē, triūphiq; postulationē abiecerat. Quo facto retulit sermones, paratiorq; visus est q̄ sperauerat accusator. Is nunc in te maximā spem habet. Scio tibi eū nō esse odio, q̄ velis eū obligare in tua manu est, cū quo simulates si tibi nō fuissent, liberius tibi de tota re eēt. Nūc si ad illā summā veritatē, legitimū ius exegeris, cauendum tibi erit, ne parum simpliciter, & cōdide posuisse inimicitias videaris. In hāc partē porro tutū tibi erit, si qd volueris gratificari. Nemo. n. necessitudine, & amicitia te deterritū ab officio dicet. Illud mihi occurrit, q; i ter postulationē, & noīs delationē, vxor a Dolabella discessit. Quid mihi discedēs mādaris, memini: quid ego tibi scripserim, te nō arbitror oblitū. Nō est iā tēpus plura narrandi. Vnū illud monere te possum, si res tibi nō displicebit, tñ hoc tēpore nihil de tua volūtate ostendas, & expectes quēadmodū exeat ex hac causa. Deniq; inuidiosum tibi sit, si emanarit. Porro significatio vlla si intercesserit, clarius q̄ deceat, aut expediat, fiat. neq; ille tacere eam rē poterit, quā suā spē tā opportuna acciderit, quēq; in negotio cōficiēdo tāto illustrior erit, cū presertim is sit, q; si pnciosum sciret esse, loqui de hac re, vix tñ se cōtineret. Pōpius dicit valde pro Appio laborare, vt etiā putēt alterutrū de filiis ad te missurū. Hic nos oēs absoluiumus, & Hercule cōfecta omnia, foeda, & inhonesta sunt. Cōsules autē habemus summa diligētia, adhuc senatuscōsultū nisi de feriis Latinis, nullū facere potuerūt. Curionē nostro tribunatū cōglaciat. Sed dici nō pōt, quomodo hic oīa iaceāt. Nisi ego cū tabernariis, & aquiriis pugnare, veteranus ciuitatē occupasset. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos nihil frigore frigescim⁹. Tñ quoquo modo hic oīa iaceāt, potuit sine Parthis. Bibulus in Amanō nescio quid cohorticularū amisit. Hoc sic nunciatū est. Quod tibi supra scripsi, Curionē frigere, iā calet. nā feruētissime concerpit. Bellissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populū, & pro Casare loqui cōepit, legēq; viariā nō dissimilē agrariā Rullī, & alimēntariā, quas iubet aediles metiri, iactauit. hoc nondum fecerat, cū priorē epistolae partem scripsi. Amabo te, si qd qd opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiā. De Dolabella, integrum tibi reserues, suadeo: & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuę equitatis, opinioniq; hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit Pantheras grācas me non habere. Vale.

Cōglaciat.
Veteranus.

CAELIVS CICERONI. S. D.



Vām cito tu istinc decedere cupias, nescio: ego quidē eo magis, quo adhuc felicis⁹ res gessisti. Dū istinc eris, de bellī Parthici periculo cruciabor, ne hūc risum meū metus aliqui perturbēt. Breuiōres has literas properatī publicanorū tabellario subito dedi: tuo liberto pluribus verbis scriptas pridie dederā. Res aut nouae nullae sane acciderūt, nisi hāc vis tibi scribi. quae certe vis. Cornificius adolescēs Oristillae filiā sibi despondit. Paula Valeria soror Triarii diuortii sine causa, quo die vir e prouincia vēturus erat, fecit. Nuptura est D. Bruto, nondū retulerat. Multa in hoc gñe incredibilia te absente acciderūt. Seruius Ocella nemini persuasisset se mōechum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. quares vbi, vbi hercule ego minime vellem. relinquo tibi, quod ab aliis queras. neq; enim displicet mihi imperatorem singulos percontari, cum qua sit aliquis deprehensus. Vale.

Cornifici⁹
Ocella
mōechus.

CAELIVS CICERONI. S. D.



Tñ de repu. quae tibi scribā, habeo, tamē nihil quo magis gauisurū te putē habeo, q̄ hoc. Scito C. Sēpronii Rufum mel, ac delitias tuas calumniā maximo plausu tulisse, q; is in causa M. Tucciū accusatorē suū post ludos Romanos reū lege Plotia de vi fecit, hoc cōsilio, q; videbat, si extraordinarius nemo reus accessisset, sibi hoc anno causam esse dicēdā. Dubiū porro illi nō erat. Nemini hoc deferre munusculum maluit, q̄ suo accusatori. Itaq; sine villo subscriptore descēdit, & Tucciū reū fecit. At ego simulatq; audiui, inuocatus ad subsellia rei accurro, surgo, neq; verbum de re facio. Totum Sempronii vsq; eo perago, vt Nestorū quoq; interponā, & illā fabulā narrē, quēadmodū tibi p beneficio dederit, si qd iniuriis suis esset, quo Nestorius teneret. Hęc quoq; magna nūc cōtētio forū tenet. M. Seruili⁹ postq; inceperat, omnibus in rebus turbarat, ne quod non venderet cuiq; relinqueret, maximeq; nobis traditus erat inuidiē. Neq; Laterēseis, pretore postulatē Pausania, nobis patronis, quo ea

Accusatorē suum.
Accusatorē suo.

pecunia puenisset, recipere voluit. Q. Pylus necessarius Attici nostri de repetendis eū postulat, magna illico fama surrexit, & de dānatione feruenter loq est ceptū. Quo v̄to p̄iicit Appius minor, vt īp̄licet de pecunia ex bonis patris puenisse ad Seruiliū, p̄uaricatiōisq; causam diceret depositū. HS. lxxxī. Admiraris amētiā, imo actiōes stultissimas, qd si nefarias patris cōfessiones audisses! Mittit in cōsiliū eosdē illos, q̄ litis aestimarāt iudices, cū aequo numero sententię fuissent. Laterēseis leges ignorās p̄nunciavit qd singuli ordines iudicassent, & ad extremū, vt solēt, nō redigā. Postq̄ discessit, & pro absoluto Seruilius haberi ceptus, legisq; vnū & ceterimū caput legit, in quo ita erat, Qd̄ eorū iudiciū maior pars iudicavit, id ius ratū esto, in tabulas absolutū nō retulit, ordinū iudicia perscripsit. Postulāte rursus Appio, cum Lucio Lolio transegit, & relaturū dixit. Sic nūc neq; absolutus, neq; damnatus Seruilius de repetendis faucius Pylō tradet. Nam de diuinatione Appius, cū calumniā iurasset, cōtēdere ausus non est, Pylōq; cessit, & ipse de pecuniis repetendis a Seruiliis est postulat, & p̄terea de vi reus a quodā suo emissario est factus. recte hoc par habet. Quod ad rem pertinet, omnino multis diebus expectatiōe Galliarū actum nihil est. Aliquādo tamē saepe re dilata, & grauiter acta, & plane perspecta Cn. Pompeii volūate in eam partē, vt eū decedere post Cal. Martias placeret, Senatusconsultū quod tibi misi factū est, auctoritates perscriptae. S. C. auctoritas pridie Calē. Octobris in aede Apollinis. Scribā affuerunt L. Domitius Cn. filius Aenobarbus, Q. Caelius, Q. Fabius frater, Metellus Pius Scipio, Lucius Iulius Lucii filius, P. Annalis, Caius Septinius Titī filius Quirina, Caius Lucius Caii filius Puphircus, Caius Scribonius Caii filius, Poblus Curio, Lucius Arreius Lucii filius Ancapito. Vale.

M. CAELIVS, M. CICERONI, S. D.



Qvod Marcus Marcellus cōsul No. Feb. de puinciis cōsularib⁹, D. E. R. I. C. De ea re uti C. Paul⁹, Caius Marcell⁹ cōsules, cū magistratū inisset ad. X. Cal. Mart. ita cēsue q̄ ī suo magistratu futura eēt de cōsularib⁹ puinciis ad Senatū referret, runt. neve qd pri⁹ ex Cal. Mart. ad senatū referret, neve qd cōiunctim de ea re referret a cōsulibus, utiq; eius rei causa p̄ dies comitiales Senatū haberet. Sa ne tū vterq; consul faceret, & cū de ea re ad senatū referretur a Cons. eorū qui in. cc. iudicib⁹ essent, sex adducere liceret. Si quid ea re ad populum, vel ad plebē opus esset, vt Ser. Sulpitius, M. Marcel. Cons. Praetores, Tribuniq; pleb. quibus eorum videretur ad Po. plebemve referrent: quod ī non tulissent, uti quicūq; deinceps essent ad po. plebemve ne ferrent. S. C. A. Pr. Calend. Octob. in aede Apollinis. Scribā affuerunt L. Domitius Cn. F. Aenobarbus, Q. Mar. Qu. Filius, Pius Scipio, L. Iulius L. filius, Pob. Annalis, C. Septinius T. filius Quirina, C. Scribonius C. filius, Pob. Curio, L. Arreius L. filius Ancapito, M. Oppius M. filius Terentia. Quod M. Marcel. consul. de prouinciis. D. E. R. I. C. Senatū existimare neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediēdi morā afferre oportere, quo min⁹ de rep. Q. P. ad senatū referat, senatusq; cōsultū fieri possit: q̄ īpedierit, eū senatū existimare cōtra rep. fecisse. Si qs huic senatuscōsulto ītercesserit, Senatū placere auctoritatē pscribi, & de ea re ad senatū, pplm̄q; referre. Huic senatuscōs. ītercessit C. Celi⁹, L. Vicini⁹, P. Corneli⁹, C. Iuli⁹ Pāsa. Itē senatū placere auctoritatē pscribi de militib⁹, q̄ ī exercitū C. Cesaris sūt, q̄ eorū stipēdiā, merita, causas, qb⁹ de causis missi fieri debeāt, habeāt ad hūc ordinē referre, vt eorū ratio habeat, causamq; cognoscāt. Si qs huic senatuscōsulto ītercessisset, senatū placere auctoritatē pscribi, & de ea re placere ad hūc ordinē referri. Huic senatuscō. ītercessit Caelius, C. Pāsa trib. ple. Itēq; senatū placere in Ciliciā puinciā, & in octo reliquis puinciis, quas p̄torii p̄ p̄tore obtinerēt, eos q̄ p̄tores fuerūt, neq; ī puincia cū impio fuerūt, quos eorū ex senatuscō. cū impio in puincias p̄ p̄tore mitti oporteret, eos sortito ī puincias mitti placere. si ex eo nūero quos S. C. in puincias ire oporteret ad numerū nō eēt, q̄ in eas puincias p̄ficiscerent, tū vtī qd̄q; collegiū primū ppli Ro. fuisset, neq; in puincias p̄fecti essent, ita sorte ī puincias p̄ficiscerent. si ad numerū nō essent, tūc deinceps pximi cuiusq; collegiū, q̄ p̄tores fuisset, neq; ī puincias p̄fecti eēt, ī sorte cōiicerēt, quoad is nūer⁹ effect⁹ eēt, quē ad nūerū ī puincias mitti oporteret. Si qs huic S. C. ītercessisset, auctoritas pscriberet. Huic S. C. ītercessit C. Celi⁹, C. Pāsa trib. ple. ILLA p̄terea Cn. Pompeii sunt aīaduēsa, q̄ maxime cōfidētiā attulerūt hoīb⁹, vt diceret se aī Calē. Mar. nō posse sine iniuria de puinciis Cesaris statuere, post Calen. Mar. se nō dubitaturū. Cū īterrogaret si q̄ tū ītercederet, dixit hoc nihil īteresse vtrū Cesar senatus dicto audiēs futurus nō esset, an pararet, q̄ senatū decernere nō pateret.

Epistolarum familiarium

Quid si inquit alius & consul esse, & exercitum habere volet! At ille q̄ clementer. Quid si filius meus fustē mihi impingere volet! His vocibus, vt existimarēt hoīes Pompeio cū Cesare esse negotium, effecit. Itaq; iam vt video, alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar, vt aut maneat, neq; hoc anno sui ratio habeat, aut si designari poterit, decedat. Curio se contra eum totum parat, quid assequi possit nescio. Illud vides, bene sentientem, etsi nihil effecerit, cadere nō posse. Me tractat liberaliter Curio, & mihi suo munere negotium imposuit. Nam si mihi non dedisset eas, quæ ad ludos ei aduectæ erant Aphricanæ, potuit super sedere. Nunc quando dare necesse est, velim tibi curæ sit quod a te semper petiī, vt aliquid istinc bestiarum habeamus, Sirianamq; syngrapham tibi cōmendo. Libertū Philonē istuc mihi, & Diogenē græcū, q̄bus mandata, & literas ad te dedi: eos tibi & rē de qua mihi, velim curæ habeas: nā q̄ vehemēter ad me pertineat, in iis quas tibi illi reddēt, literis descripsi. Vale.

CAELIVS CICERONI. S. D.

Hirri repulsa.



Scic tu inquis Hirrum tractasti! Immo si scias q̄ facile, q̄ve contentionis quidē minime fuerit, pudeat te ausum illum vnq̄ esse incedere tanq̄ tuū cōpetitorē. Post repulsam vero risus facit, ciuē bonū ludit, & contra Cæsare sententias dicit, expectationē corripit, Curionē prorsus non mediocriter oburgatus, hac repulsa se mutauit. Præterea qui nunq̄ in foro apparuerit, nō multū in iudiciis versatus sit, agit causam liberaliter, sed raro post meridiē.

†pugatū. Diuino.

De prouinciis quod tibi scripserā Idibus Sextilis actumiri, interpellat. Iudiciū Marcelli consulis, designati in Cal. reiectū ne frequentia quidem efficere potuerat. Has literas ad.iiii. Non. Septēbris dedi, cū ad eā diē ne †promulgatū quidē quicq̄ esset. Vt video, causa hæc integra in proximū annū transferetur, & quantū diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciā obtineat. Nam non expeditur successio, quando Gallia, quæ habent intercessorē, in eandē conditionem, quā ceteræ prouinciæ, vocantur. Hoc mihi non est dubiū, quo tibi magis scripsi, vt ad hunc euentū te parares. Fere literis omnibus tibi de Pantheris scripsi, turpe tibi erit Parischum Curioni decē pantheras misisse, te non multis partib⁹ plureis, quas ipas Curio mihi, & alias Aphricanas decē donauit, ne putes illū tantū prædia rustica dare scire. Tu si mō memoria tenueris, & Cybiratas acceriseris, itemq; in Pamphylia literas miseris (Nā ibi plures capi aiunt) quod voles, efficies. Hoc vehementius laboro nunc, q̄ seorsum a collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi, hoc cura: soles libenter, vt ego maiorem partē, nihil curare. In hoc negotio nulla tua nisi loquendi cura est, hoc est imperandi, & mandandi. Nam simulatq; erunt captæ, qui alant eas, & deportent habes eos, quos ad Sirianam syngrapham misi. puto etiam si vllā spem mihi literis ostenderis, me isto missurum alios. Marcum †Feridium equitē Romanū amici mei filiū, bonū, & strenuū adolescētē, qui ad suū negotiū istuc venit, tibi cōmendo, & te rogo, vt eum in tuorū numero habeas. Agros quos fructuarios habent ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile, & honestū factu est, immunitis esse: gratos, & bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare Fauoniū a columnariis præteritū esse, optimus quisq; eū non fecit. Pompeius tuus aperte Cæsare, & prouinciā tenere cum exercitu, & Consul ipse tamen hanc sententiā dixit, nullū hoc tēpore senatusconsultū faciendū. Scipio hanc, vt Calen. Martiis de prouinciis Gallis, neu quid cōiunctim referret. Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione. Callidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Vale.

Acceriseris an acceriseris.

†Feridium

M. CAELIVS. M. CICERONI. S. D.



Aneq; literis C. Cassii, & Deiotari sumus cōmoti. Nam Cassius cis Euphratem copias Parthorū esse scripsit, Deiotarus pfectas per Comagenē in prouinciā nostrā. Ego quidē præcipuū metū, quod ad te attinebat, habui, qui scire q̄ paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tuæ periculū afferret. Nā de vita, si paratior ab exercitu esses, timuissim. Nunc exiguitas copiarū recessum non dimicationē mihi tuā præfagebat. Hæc quō acciperent homines, q̄ probabilis necessitas futura esset, vereor etiam nunc, neq; prius desinā formidare, q̄ tetigisse te Italiā audiero. Sed de Parthorū trāsitu nunciū varios sermones excitarunt. Alius enī Pompeiū mittendū, alius ab vrbe nō remouendū, alius Cæsare cum suo exercitu, alius consules, nemo tamen ex senatusconsulto priuatos: Consules autē, quia veretur ne illud senatusconsultum fiat, vt paludati exeant, & contumeliose præter eos ad alium

Liber. VIII. Fo. XXXVIII.

res transferat, omnino senatū haberi nolūt: vsq; eo, vt parū diligētes in rep. videant. sed honeste, siue negligētia, siue inerria est, siue ille quē pposui, metus, latet sub hac rēperatīe existimatione, nolle puīciā. A te literē nō venerūt, & nisi Deiotari subsecutē essent, ī eā opinione Cassius venerat, q̄ diripiisset ipse, vt viderent ab hoste vastata, finxisse bellū, & Arabas ī provinciā imisisse, eosq; Parthos eē senatū renūciasse. Quare tibi suadeo, quicūq; est istic status rerū, diligēter, & caute p̄scribas, ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliqd qd̄ referret scire, reticuisse. Nūc exitus est anni. nā ego has literas ad. xiiii. Calē. Decēbris scripsi. plane nihil vi deo ante Cal. Ianuarias agi posse. Nostri Marcellū q̄ tardus, & parū efficax sit, itēq; Seruius q̄ cūctator. Cuiusmodi putas hoc esse: aut q̄ id qd̄ nolint conficere posse, q̄ cupiūt, ita frigide agūt, vt nolle existiment? Nouis magistratibus aut, si Parthicum bellū erit, hęc causa primos mensis occupabit. Sin aut aut nō erit istic bellū, aut tum erit, vt vos, aut successores paruis additis copiis sustinere possint, Curionē video se dupliciter iactaturū: primū vt aliqd Cēsari adimat: inde, vt aliquod Pōpēio tribuat, quoduis q̄libet tenne munusculū. Paulus porro non humane de prouincia loquit. huius cupiditati occursum est Furnius noster, plureis suspi cari nō possum. hęc noui. Alia q̄ possunt accidere, nō cerno. Multa tēpus afferre, & p̄parata multa esse scio: sed intra fines hos q̄cūq; acciderint, vertent. Illud addo ad actiones C. Curio nis de agro Campano, de quo negāt Cēsare laborare, sed Pōpēiū valde nolle, ne vacuus ad ueniētī Cēsari pateat. Qd̄ ad tuū decessum attinet, illud tibi nō possum polliceri me curatu rū, vt tibi succedatur, illud certe p̄stabo, ne amplius prorogē. Tui cōsiliū est, si tēpus, si senatus coget, si honeste a nobis recusari nō poterit, velis ne p̄seuerare: mei officii est, meminisse qua obrestatione decedens mihi ne paterer fieri mandarīs. Vale.

CAELIVS M. CICERONIS. S. D.

Non diu, sed acriter nos tuę supplicationes torserunt. Incideramus enim in difficilem nodū. Nā Curio tui cupidissimus, cui oibus rationibus comitia les eripiebatur, negabat se vilo modo pati posse decerni supplicationes: ne si quid furore Pauli adeptū esset boni, sua culpa videretur amisisse, & prauaricator causę publicę existimaret. Itaq; ad pactionē descendimus, & confirmarūt Cōsules se his supplicationibus in hūc annū nō vsuros. Plane qd̄ vtriusq; consulibus gratias agas, est: Paulo magis certe. Nā Marcellus sic respōdit ei, spem in istis supplicationibus non habere: Paulus se omnino in hunc annū non edicturū. Renūciatum nobis erat Hirrum diutius dicturū, prendimus eū, nō modo nō fecit, sed cū de hostibus ageretur, & posset rē impedire, si vt numeraretur, postularer, tacuit. Tantū Catonī assensus est, qui & locutus honorifice non decreuerat supplicationes. Tertius ad hos Fauonius accessit. Quare pro cuiusq; natura, & instituto gratię sunt agendę. His q̄ tātū volūtate ostēderūt: pro sentētia, cū impedire possent, nō pugnarūt. Curionī vero, q̄ de suarū actionū cursu, tua causa deflexit. Nā Furnius, & Lentulus, vt debuerūt, quasi eorū res esset, vna nobiscū circumierūt, & laborarūt. Balbi quoq; Cornelii op̄rā, & sedulitatē laudare possum. Nā cū Curione vehemēter locutus est: & eum, si aliter fecisset, iniuriā Cēsari facturū dixit: tū eius fidem in suspiationē adduxit. Nō deerant quidem q̄ inique transigi volebant Domitiū, Scipiones: qbus hac re ad intercessionē euocandā interpellantibus, venustissime Curio respōdit, se eo libētius nō intercedere, q̄ quosdam qui decernerēt, videret confici nolle. Qd̄ ad rēpublicā attinet, in vnā causam omnis cōtētio coniecta est, de prouinciis inquā adhuc incubuisse cū senatu Pōpēius videtur, vt Cēsare ante Idus Nouēbris decedat. Curio omnia potius subire cōstituit, q̄ id pati. ceteras suas abiecit actiones. Nostri porro, quos tu bene nosti, ad extremū certamē rē deducere nō audent. Scena rei totius hęc. Pompeius tāq; Cēsare nō impugnet, sed qd̄ illi equū putet, constituat, ait Curionem querere discordias. Valde autē nō vult, & plane timet Cēsarem cōsulē designari prius, q̄ exercitū, & prouinciā tradiderit. Accipitur satis male a Curione, & totus eius secūdus cōsulatus exagitur. Hoc tibi dico, si omnibus rebus prement Curionē, Cēsare defendet: intercessorē si (qd̄ videtur) reformidarint, Cēsare quoad volet, manebit. Quā quisq; sentētiā dixerit, in cōmentario est rerū vrbanaū, e quo tu quę digna sunt, se lige, multa transi, in primis ludorū explosiones, & funerū, & ceterarū ineptiarū. plura habet vtilia. Deniq; malo in hęc partē errare, vt quæ nō desideres audias, q̄ quicq; qd̄ opus est, p̄mittatur. Tibi curę fuisse de Siriano negotio, gaudeo. Sed quando suspicaris minus certa fide eos tibi vifos, tanq; procurator sic agas rogo. Vale.

Epistolarum familiarium

CAELIVS CICERONI, S. D.

Male cogitare.



Vdet me tibi cōfiteri, & q̄ri de Appii hominis ingratiſſimi iniuriis, qui me odisse, q̄a magna mihi debebat beneficia, coepit: & cum homo avarus, vt ea solueret, sibi impare nō posset, occultū bellū mihi indixit, ita occultū tñ, vt multi mihi renūciarēt, & ipse facile animaduertē male eū de me cogitare. Posteaq̄ vero cōperī eū collegiū tērasse, deinde aperte cū quibusdam locuti, cū L. Domitio (vt nūc est) mihi inimicissimo homine deliberare velle hoc munusculum deferre, Cn. Pōpeio tū ipsum reprehēdere, vt ab eo deprecarer iniuriā, quē virā mihi debere putarē, impetrare nō potui. Quid ergo est? Tum quidē aliquot amicis, qui testes erant meorū ī illū meritoꝝ, locutus sum: postea q̄ illū, ne cui satisfaceret quidē, me dignū habere sensi, malui collegē eius hominī alienissimo mihi, & propter amicitia tuā nō aequissimo me obligare, q̄ illius simiā vultū subire. Id postq̄ rescit, excanduit, & me causam inimicitiarū q̄rere clamitauit, vt si mihi ī pecunia minus satisfecisset, per hāc speciē simultatis eū cōsectarer. Postea nō destitit accersere palam Seruīū accusatorē, inire cū Domitio consilia. quibus cū parū procederet, vt vlla lege mihi poneret accusatorē, cōpellari ea lege me voluerūt, qua dicere nō poterāt: insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scātina curant. Vix hoc erat prelocutus, cū ego Appiū cēsore eadē lege postulauī. Qd̄ melius caderet, nihil vidi. Nā sic est a populo & nō infimo quoq̄ approbatū, vt maiore Appio dolorē fama, q̄ postulatio attulerit. Preterea coepi facellū in domo qd̄ est, ab eo petere. Cōturbat me mora serui huius, q̄ tibi literas attulit. Nā acceptis prioribus literis amplius quadraginta dies mansit. Quid tibi scribam, nescio. Scis Domitio diem timori esse, expecto te valde, & q̄primū videre cupio. A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas, & dolere, & tuas vlciſci solere. Vale.

Simia.

Postulare lege Scātina.

CAELIVS M. CICERONI, S. D.

Dolabellae affinitas.



Ratulo tibi affinitate viri mediūffidius optimi. Nā hoc ego de illo existimo. Cetera porro, q̄bus adhuc ille sibi parū utilis fuit, & etate iā sunt decursa, & cōsuetudine, atq̄ auctoritate tua: pudore Tullie, siqua restabūt, cōfido celeriter sublatū iri. Nō est em̄ pugnax in vitiis, neq̄ hebes ad id qd̄ melius sit intelligēdū. Deinde (qd̄ maximū est) ego illū valde amo. Velles C. Curio nē nostrū lautū intercessionis de prouinciis exitū habuisse. Nā cū de intercessionē referret, q̄ relatio fiebat ex senatusconsulto, primaq̄ M. Marcelli sentētia pronūciata esset, q̄ agendū cū tribunis plebis cēlebat, frequēs senatus in alia oīa iit. Stomacho est scilicet Pōpeius Magnus nūc ita languēti, vt vix id qd̄ sibi placeat, reperiat. Trāſierat illuc, vt nec ratio esset eius habēda, q̄ neq̄ exercitū, neq̄ prouincias traderet. Quēadmodū hoc Pōpeius laturus sit, cū cognoscat quidnā reipu, futurū sit, si aut nō possit, aut nō curet, vos senes diuites videritis. Q. Hortensius, cum has literas scripsi, animam agebat. Vale.

Animam agere.

CAELIVS CICERONI, S. D.

Domitii repulsa.



Anti nō fuit Arsacem capere, Seleuciā expugnare, vt earū rerū quē hic gessē sunt, spectaculo careres. nūq̄ tibi oculi doluissent, si in repulsa, Domitii vultū vidisses, magna illa comitia fuerūt, & plane studia ex partiū sensu apparuerūt. perpauci necessitudinē securi officiū p̄stiterūt. Itaq̄ mihi est Domitius inimicissimus, vt ne familiarē qd̄ suū quēq̄ tā oderit, q̄ me: atq̄ eo magis q̄ p̄ iniuriā sibi putat ereptū, cuius ego auctor fuerim. Nunc furit tam gauisus homines suū dolorē, vnūq̄ me studiosiorē Antonii. Nā Cn. Saturninū adolescentem ipse Cn. Domitius reum fecit, saneq̄ superiore vita inuidiosum, qd̄ iudiciū nūc in expectatione, inest etiā in bona spe, post Sex. Peducei absolutionē. De sūma reip. saepe tibi scripsi, me annū pacē nō videre: & quo p̄pius ea contētio q̄ fieri necesse est accedit, eo clarīus id periculū apparet. Propositū hoc est, de quo q̄ rerū potiunt, sunt dimicaturi, q̄ Cn. Pōpeius constituit nō pati C. Caesarē cōsulē aliter fieri, nisi exercitū, & prouincias tradiderit: Caesarī autē psuasum est, se saluū esse nō posse, si ab exercitu recesserit. Fert illā tñ cōditionē, vt ambo exercitus tradāt. Sic illi iā amores, & inuidiosa cōiūctio, non ad occultā recedit obrectationē, sed ad bellū se rūpit: neq̄ mearū rerū qd̄ cōsiliū capiā, reperio, q̄ ne dubito qn te quoq̄ hęc deliberatio sit pturbatura. Nā mihi cū hoīb⁹ his & gratia & necessitudo ē, tñ cām illā, nō hoies odi. Illud te nō arbitror fugere, qn hoies ī diffensioe domestica debeāt, q̄ diu ciuilitate sine ar

Pōpeii & Caesaris diffensio nis causę.

mis certe, honestiore seq partē: vbi ad bellū, & castra vētū sit, firmiorē: & id melius statuere, qđ tutius sit. In hac discordia, video Pōpeiū, Senatū, qđ res iudicāt, secū habiturū: ad Cæsare oēs, qđ cū timore, aut mala spē viuāt, accessuros: exercitū cōferēdū nō eē oīno: sat spatii sit, ad cōsiderādas vtriusq; copias, & eligēdā partē. Prope oblitus sum, qđ maxime fuit scribēdū. Scis Appiū censorē hic ostenta facere de signis, & tabulis, de agris modo, de aere alieno acerrime agere. Persuasum est ei, censurā lomentum, aut vitrū esse, errare mihi videt. Nā sordescit vere vultu, & venas sibi omneis, & viscera aperit. Curre p deos, atq; hoīes, & q̄primū hęc risum veni, Legis Scātiniæ iudiciū apud Drusum fieri, Appiū de tabulis, & signis agere. crede mihi est pperādū. Curio noster sapiēter id qđ remisit de stipendio Pōpeii, fecisse existimat. Ad summā q̄ris quid putē futurū: si alteruter eorū ad Parthicū bellū nō eat, video magnas impēdere discordias, quas ferrū, & vis vindicabit. vterq; & animo, & copiis est paratus. Si sine suo periculo fieri posset, magnū & iucundū tibi fortuna spectaculum parabit. Vale.

CAELIVS CICERONI. S. D.

Squādo tu hominē ineptiorem, q̄ tuū Cn. Pompeiū vidisti, qui tātas turbas, qđ tā nugax esset, cōmorit! Ecquem aut Cæsare nostro acriorē in rebus gerēdis, eodē i victoria tēperatiorem aut legisti, aut audisti? Quid est: nunc tibi nostri milites, qui durissimis, & frigidissimis locis teterrima hyeme bellum ambulando cōfecerūt, malis orbicularis esse pasti vident! Quid iam inquis: gloriose omnia, si scias qđ sollicitus sum, tū hęc meam gloriam quæ ad me nihil pertinet, derideas. Quæ tibi exponere nisi coram nō possum, idq; celeriter fore spero. Nam me cum expulisset ex Italia, Pompeiū cōstituit ad Urbem vocare, idq; iam existimo cōfectū, nisi maluit Pōpeiū Brūdusii circūsedere. Pereā si minima causa est pperādi isto mihi, qđ te videre, & oīa intima cōferre discupio, habeo aut q̄ multa. Hui vereor (qđ solet fieri) ne cū te videro, oīa obliuiscar. Sed tñ quodnā ob scelus iter mihi necessariū retro ad alpeis versus incidit: adeo qđ Intemelii i armis sunt, neq; de magna causa. Bellienus verna Demetrii qđ ibi cū p̄sidio erat, Domitiū quēdā nobilē illic Cæsaris hospite a cōtraria factione nūmis accipris cōphēdit, & strāgulauit. Ciuitas ad arma iit. eo cū q̄ttuor cohortibus mihi p niueis eūdū est. Vsq; equaq; inq; se Domitiū male habet. Vellē qđ verna ppugnatur? rātū animi habuisset in vestro Domitio, quantū ipse catenatus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D. Vale.

CAELIVS CICERONI. S. D.

Aximatus sum tuis literis, quibus te nihil nisi triste cogitare ostēdisti, neq; id quid esset, perscripsisti. Non tēn quale esset qđ cogitares, aperuisti. Has illico ad te literas scripsi. Per fortunas tuas Cicero, per liberos oro, obsecro, ne quid grauius de salute, & incolumitate tua consulas. Nā deos, homines, amicitiaq; nostrā testificor, me neq; temere p̄dixisse, neq; temere monuisse: sed postqđ Cæsare cōuenerim, sententiāq; eius, qualis futura esset, paratā victoria cognouerim, te certiorē fecisse. Si existimas eādē rationē fore Cæsari in dimittēdis aduersariis, & cōditionibus ferēdis, erras. Nihil nisi atrox, & saūū cogitat, atq; etiā loquit. Iratus senatū exilit: his intercessionibus plane incitatus est: non erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius vnicus, si domus, si spes tuæ reliquę tibi charę sunt, si aliqd apud te nos, si vit optimus gener tuus valet, eorū fortunas nō debes velle cōrurbare, vt eā causam in cuius victoria salus nostra est, aut odisse, aut relinquere cogamur, aut impiā cupiditatē contra salutē tuā habeamus. Deniq; illud cogita, quid offensę fuerit in ista cūctatione te prius subisse. Nūc te contra victorem facere, quem dubiis rebus lædere noluit, & ad eos fugatos accedere, quos resistenteis sequi nolueris, summę stultitiæ est. Vide ne dū pudet te parū oprimatē esse, parum diligenter quid oprimū sit, eligas. Qđ si totum tibi persuadere nō possum, saltem dū quid de Hispaniis agamus, scitur, expecta, quas tibi nūcio aduentu Cæsaris fore nostras, Quā isti spem habeant amissis Hispaniis, nescio. Quod porro tuū cōsiliū sit ad desperatos accedere, nō mediussidius reperio. Hoc qđ tu non dicendo mihi significasti, Cæsar audierat: ac simulatq; hęc mihi dixit, statim quid de te audisset, exposuit. negauit me scire, sed tamē ab eo peti, vt ad te literas mitteret, qbus maxime ad remanēdū cōmoueri posses. Me secū in Hispaniā ducit. Nā nisi ita faceret, ego prius, qđ ad urbē accederē, vbi cūq; esses, ad te pcurrissem, & hoc a te p̄sens cōtēdissem, atq; omni vi te retinuissem. Etiā atq; etiā Cicero cogita, ne te tuosq; omneis funditus euertas, ne te sciēs, prudēsq; eo demittas, vnde exitum vides nullum esse.

Epistolarum familiarium

Quod si te aut voces optimatum commouent, aut nonnullorum hominum insolentiam, & iactationem ferre non potes, eligas censeo aliquod oppidum vacuum a bello, dum haec decernuntur, quae cum conferis, & ego te sapienter fecisse iudicabo, & Caesarem non offendes. Vale.

CAELIVS CICERONI.S.D.



Rgo me potius proficisci in Hispaniam fuisset, quam Formis esse, antequam tu profectus es ad Pompeium: quod utinam aut Appius Claudius in ista parte prohibuisset, aut C. Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc partem causae imposuit, nam mihi sentio bonam mentem iracundiae timore ablatam. Tu tu porro, cum ad te proficiscens noctu Ariminum venissem, dum mihi pacis mandata das ad Caesarem, & mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti, neque mihi consuluisti. Neque haec dico, quod diffidam huic causae, sed crede mihi, perire satius est, quam hos videre. Quod si timor vestrae crudelitatis non esset, eieci iam pridem hinc essemus. Nam hic nunc praeter foeneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, ut maxime plebs, & qui antea noster fuit populus, vester esset. Cur hoc inquis? immo reliquias expectant. Vos inuitos vincere coegero, irritaui in me Catonem. Vos dormitis, nec haec adhuc mihi videmini intelligere, quam nos pateamus, & quam simus imbecilli. Atque hoc nullius praemii spe faciam, sed, quod apud me plurimum solet valere, doloris, atque indignitatis causa. Quid istuc facitis? praelium expectatis, quod firmissimum est? Vestras copias non noui, nostri valde depugnare, & facile algere, & exurire consuerunt. Vale.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER NONVS.

M. T. CICERO M. TERENTIO VARRONI.S.D.



Libri amici
veteres,

X his literis quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres, & ubi esses, cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex eisdem literis potui suspicari. In spem tamen venio appropinquare tuum aduentum, qui mihi utinam solatio sit. etsi tot, tantisque rebus urgeamur, ut nullam alleuationem quisquam non stultissimus sperare debeat. Sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortasse aliqua re iuuare. Scito enim me, postea quam in urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris in gratiam, etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quod iis succederem, sed quod eorum me subpudebat. Videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demissem, praecipis illorum non satis paruissimam. Ignoscunt mihi, & reuocant in consuetudinem pristinam, teque quod in eo permanseris, sapienterem quam me dicunt fuisse. Quamobrem quando placatis his utrorum, videor sperare debere, si te viderim, & ea quae premant, & ea quae impendeant, me facile transiturum. Quamobrem siue in Tusculano, siue in Cumano adire te placebit, siue (quod minime velim) Romae, dummodo simul simus, perficiam profecto, ut id utriusque nostrum commodissimum esse videatur. Vale.

Idiudicet

CICERO VARRONI.S.D.



Aninius idem tuus, & idem noster, cum ad me nup vespere venisset, & se postridie mane ad te iturum esse dixisset, dixi ei me daturum aliquid mane, & ut peteret, rogavi. Conscripsi epistolam noctu, nec ille ad me rediit, oblitum credidi. Attamen eam ipsam epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem, postridie te mane in Tusculano exiturum. At ibi repente paucis post diebus, cum minime expectarem, venit ad me Caninius mane, proficisci ad te statim dixit: etsi erat illa epistola, praefertim tantis postea nouis rebus allatis, tamen perire meam lucubrationem nolui, & eam ipsam Caninio dedi. Sed cum eo & homine docto, & amatissimo tui, locutus ea sum, quam protulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consilium do, quod mihi metipsum, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. Qui enim victoria se efferunt, quasi victos nos intuentur. Qui autem victos esse nostros moleste ferunt, nos dolent vivere. Queres fortasse, cur cum haec in urbe sint, non absim quem admodum tu. Tu enim ipse, quod & me & alios prudentia vicis, omnia credo vidisti, nihil omnino te sefellit.